



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Vigilia. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

Psychicos cap. 8. & cap. 14. vbi ait Nobis omnis dies eriam vulgata; consecratio celebratur. cū enim horrerēt fidēles nominare dies à dijs gentium, vel Iudaico more à Sabbato priamam, secundam Sabbathi, &c. ideo ac si Dominica prima feria diceretur appellatere reliquos dies, feriam secundam, tertiam &c. retentantum nomine Sabbathi. Vacante itaque die ab alijs Christi, vel Sanctorum Festis, fit de feria quod officium Domini est: ut quisq; intelligat, se Deo debitū vni Deo vacare debere. Appellabāt antiqui officiū feriale, triū Responsoriōrum officiū.

2 Feriarū genus duplex; maius alterum dicitur, eo quod de feria minori sēper fit in officio saltem commemoratio, nēmē de feria qualibet Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, & secunda Rogationum; que distinctio maiorum, & minorum in recognitione Breuiarij Clementina inuenta est, occasione Tabellarum de occurrentia, & concurrentia in fine Rubricarum editarum ad faciliorem Tabellarum usum, auctore huius operis ipsas Tabellas reformante iusu maiorum.

3 Occurrit autem per annū officiū feriale, serē quadragies, nisi occupētur dies à Festis mobilibus, seu Dominicis, vel diebus infra octauas particulariū ecclesiārum, seu à S. Maria in Sabbato, seu à Festis locorū proprijs. Vide ergo; an expediāt minū adhuc hūc feriarum numerū?

4 De feriali officio, & partibus eius, agemus infra, cum de singulis partibus Officij.

De Vigilia. Cap. VII.

1 **V**adām Vigiliæ cum ieunio celebrantur, & plerque: pacificiæ sine ieunio, videlicet Vig. Epiph. & Ascensionis Domini de quatum ieunio lex nulla est, ob lētitiam Natalis Domini & eiusdem Resurrectionis. Quam ob causam, seu causas neq; ieunatur pridie S. Ioannis Apostoli, & Evangelista, neq. Sanctorum Philippi, & Iacobi, tempore Paschali, ex Innoc. III. de observ. ieum.

tit. 46.c.2. Vigiliæ cum ieunio in Breuiario Romano sunt quatuordecim.

2 Vigilia occurrentis in Dominica trāfertur in Sabbathum p̄cedens; exceptis Vigilijs Nativitatis Domini, & Epiphaniæ de quibus sit officium eo die, quo occurunt Radul. propos. 19. primo quidem ne ieunemus in Dominica quod prohibetur dist. 76.c.21. utinam in const. Apost. lib. 5. cap. 21: deinde, vt cum ieunio bona sit oratio, & Officium ad p̄parationem Festi. Ieunium ab Hebreis fieri solitum pridie Sabbathi, numquani in Sabbatho, testatur Moses. *Egyptius de temp. cap. de Sabbatho, & cap. de ieunio.* Vigiliæ verò Nativitatis Officiū, vti festuum, separatur eo casu à ieunio, quod fit in Sabbatho; sicut etiam Vigiliæ Epiphaniæ Officiū festuum est, non feriale, & ieunio caret.

3 Vigilia occurrentis in Feste prime classis in Officio nullum habet locum, neque etiam commemoratiōlem, ne solēnitatis immittuantur. immo expediter, auctoritate maiorum, eo casu anticipari ieunium ante illud Festum prime classis eo modo; quo testatur *Nauar. in Man. cap. 21. num. 11. Leonem X. statuisse, vt eo anno, quo vigilia S. Ioan. Baptiste incidit in Festum Corporis Christi, pridie eiusdem Festi ieunetur, quarta scilicet feria, Caiet; etiam docet in *V. Ieunium cum Tabernaculo alij*, posse Episcopum in feso solemni Patroni loci, si in eo occurrat Vigilia transferre ieunium in pridiānum diem, alicubi ob festum S. Christinæ Patronæ ieunatur pridie eius festi ratione Vigilia S. Iacobi Apostoli. Officium autem Vigiliæ in his casibus non est anticipandum. separari namque possunt officium Vigiliæ, & ieunium eiusdem; quod parci in Vigilia Nat. Dom. cum occurrit in Dominica.*

4 Vigilia occurrentis in ferijs maioribus omititur in officio, ita, vt nec de ea commemoratio fiat, quia feriae maiores sunt feriae Domini, & Vigiliæ sunt feriae seruorum Domini, quæ vti minores cedere debent, cum de vtrisque non possit officium fieri neque pro commemoratione alterius legi Homilia congruenter post Ho-

miliam alterius in officio trium lectio-
num, quæ eo casu sunt, vel de scriptura
ordinaria, ut in Aduentu: vel de Homilia,
ut in Quadragesima.

5 Officio Vigiliae, quod totum erat de
feria, addidit Pius V. Homilia in Euangeli-
um quod in Milla legebatur, azor,
lib. 10. cap. 16. que est.

6 De partibus Officii Vigiliae dice-
mus infra, & terminatur ad Nonam.

De Octaua. Cap. VIII.

1 C hristo Domino constituta sunt
Octauæ quinque: Natiuitatis, Epiphaniæ, Paschalis, Ascensionis, & Cor-
poris Christi. Spiritui sancto, Pentecostis.
Beatae Virginis, duæ; Natiuitatis, &
Assumptionis; Natiuitati Sancti Ioanni-
nis Baptiste, Martyrio SS. Apostolorum
Petri, & Pauli; Festo Omnimodorum
Sanctorum; Sanctis Stephano, Ioanni Euangeli-
sta, Innocentibus, & Laurentio; Dedi-
cationi propriæ Ecclesie; Patrono prin-
cipali loci, & Titulari in eorum princi-
pali festo. De quarum origine vide, quæ
scripsimus in Prefatione ad Octauarium
Romanum, ubi & casus explicavimus
octuarum. De Patrono loci Microl. sub
obscure tradit c. 43. quare non excedant
numerum septendecim consueuerunt
cum octayis solemniter celebrari Festa
Sanctorum apud quasdam Ecclesiæ. Co-
gregat. & Religiones, quæ in Rubr. de
Octauis n. 1. non abrogantur; sed post edi-
tum à Pio V. Efeuiatum nulla potest induci
Octaua, ultra predictas, sine Sedis
Apostolicae auctoritate. Ex quo, qui addit
recentior, fieri Festum cum Octaua; tum
Canonizationis, tum Beatificationis San-
ctorum aperte fallitur si loquatur, præci-
sa licentia sanctæ Sedis Apostolicae.

2 later has octauas, est differentia, quæ
revoari potest ad quatuor gradus. In
primo gradu sunt Octauæ Paschalis, &
Pentecostis, in quibus non sit de Festo al-
iquo nec etiam de Patrono loci, Titulo-
ne, seu dedicatione Ecclesie. In secundo,
gradu Octaua, Epiphaniæ admittit tantum
Festum de Patrono, vel Titulari Eccle-

sie, & Dedicationis propriae Ecclesie,
non tamen in die Octaua in qua celebra-
tur Baptismus Christi, & dicitur à Dur.

lib. 6. c. 17. Octaua suppletionis, quia eo
die supplemus, quod in Festo Epiphaniæ
recolimus minus aperte, idest, Baptismū
Christi cui cedere debet Patroni Festum
ut serui Domino. In tertio gradu Octa-
ua Corporis Christi admittit tantum Fe-
sta duplia non tamen translata, ut de-
crevū est in recognitione postrema Bre-
uarij nisi translata sint altioris ordinis ut
de Festo S. Ioannis Baptiste dicennus. Nō
admittit semiduplicia, ex Decreto Leon.
XXII. quod habetur in Breuiar. M.S. Bi-
blioth. S. Isidori de Urbe. In quarto gra-
du Octauæ reliqua Natiuitatis Domini,
Ascensionis, & aliorum Sanctorum ad-
mittunt quecumque Festa etiam semidi-
uplicia. Neque mireris, quod in Octaua
Natiuitatis admittatur semiduplicia, quia
scola Natiuitatis Christi est officina hu-
militatis, ex S. Augustino. Ascensionis
ut Respectu Ecclesie militantis est Octaua
mixta merore, ob discessum Christi.

3 Rubrica, de Octauis n. 1. addit: etiam
translata, quod verbum verifica-
tur in duplicibus; quia vere celebantur
quocumque die infra dictas octauas, at
in semiduplicibus non videtur verificaris
nam Festum S. Leonis 28. Iunij, si occur-
rit in Dominica, transfertur post Octauam
Apostolorum; ut dicitur in propria
Rubrica, ergo idem sit de alijs semidi-
uplicibus. Verum Rubrica satis verificatur
in duabus casibus: primo quando semidu-
plex occurrit in Dominica; secundo, qua-
ndo in Festo Ascensionis Domini: in qui-
bus casibus, transfertur semidplex in
diē proximè sequentem, si non est impe-
dira; & sic infra octauam sit de semidi-
plici translato, in Ecclesijs particularibus
cōtingit sapienter semidplex occurrere in
Festo maiori, quod habet octauam & de
eo sit in secunda die infra octauam. Ru-
brica vero hoc non loquitur de semidi-
uplicibus occurrentibus ante octauam, que
sine dubio transfferri debent post octauam:
sed de ocurrentibus in festo; seu in
Dominica infra octauam, & de transla-

B 4 tione